Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# De vita Francisci Xaverii, qui primus e Societate Jesu in Indiam & Japoniam Evangelium invexit - Cod. Ettenheim-Münster 188

Torsellini, Orazio

[S.l.], nach 1607

Caput XVI.

urn:nbn:de:bsz:31-115990

Visual Library

Matutinas recitare; & clericorum inimicum canentium chorum per ludibrium imitari: ut molesti forent, cui terribiles esse non poterant. Sed quam parum profecerint, illud argumento est, quod Xaverius, qui cantores essent, quid canerent, nihil admodum attendens, clericos matutinas canentes esse credidit: postero igitur die percontatus ex Vicario, quinam illi fuerint clerici, qui, ianuis clausis, Matutinas proxima celebrarint nocte. Ille quum clericos, quos Matutinas diceret, primo miratus, ad ultimum intellexit, non tam clericos, quam clericorum irrisores diabolos fuisse. Idemque post Francisci obitum rem multis non semel exposuit.

## Energumenum liberat, Ioannem Durum socium adsciscit.

## Cap. XVI.

Inter quae Xaverius, ne Meliaporam ab se inultam relinqueret, suo more adultos quà privatis quà publicis sermonibus, pueros Catechismo excolere instituit. Nec divinarum virtutum exercendarum materia defuit. Ex quo genere illud accidit memorabile. Civis erat praedives miserè à diabolis obsessus vexabaturque. Ad hunc Franciscus arcessitus unum è pueris Catechismi auditoribus cum cruce misit. Qui Evangelio, ut Pater praeceperat, super energumenum ritè recitato, protinus vexatores illos daemones expulit; hoc magis indignantes, quod per puerum pellebantur, & eum neophytum. Aliud porrò in alio genere proditur, non minus fortasse mirabile: Ioannes Durus mercator erat adolescens, qui Franciscum convenerat con

Obsessus à diabolis per puerum liberatur

sitandi

fitendi gratia. Is, confessione facta, cum Franciscum
de diuinis rebus disserentem audisset, sensit aliud ex
se quasdam merces longe potiores suis, quales
nunquam ipse concepisset animo. Itaque, omis-
sa mercatura quam exercebat, caelestis mercatu-
rae auidus à Francisco efflagitat, ut se medo uita-
Joannes Durum aegrè socium adsciscit. socium adsciscat. Primò ille (qui fortasse qui
durum iuuenis ingenium, occultamque leuitatem
introspiceret:) praecisè abnuebat: ad postremum
tamen urgendo atque instando peruicit. Durus
et rebus suis compositis, fortunas omnes pauperibus
dispertire coepit. Sed auidius quàm constantius
destinata exsequutus est. Dum in eas curas incumbit,
blandiores merces, solicitatus est adeò à communi
hominum hoste ut posita manu sua ad aratrum
9. Luc. respiceret retro & auidissimè repeteret ea,
quae paulò ante contempserat. Itaque in con-
trarium uersus, mercibus omnibus in expeditam
nauiculam quàm occultissimè impositis, adornabat
fugam. Caeterum ut alios falleret, Franciscum
ipsum, quem maximè cupiebat, fallere haud-
quaquam potuit. Iam omnibus, quae in rem
esse uidebantur, comparatis, nauigium conscen-
surus erat; cum subitò Xauerius eum ad se ac-
ciri iubet. Et ille rei dissimulandae magis, quàm
Occulto fugae consilium Xauerius cognoscit. obtemperandi studio ad eum uenit. Franciscus
continuò, remotis arbitris; gemitu uultuque
dolorem praeferens animi (peccati sui ingeniti.)
Dure, peccasti. Tum uerò ille, repentina denun-
ciatione perculsus, attonitus stupensque, similis
primò haesit, qui tandem respexit Xauerius, quod
mortalium nemo praeter semetipsum suspica-
ri potuisset, secum reputans. Inde pudore
simul ac lacrymis perfusus, stimulante conscien-
tia respondit, Peccaui Pater, peccaui. Et Fran-
ciscus exhilaratâ fronte, Confessionem igitur, fili,

confessione

Vide Liber 2. dy

confessionem. Rursus ergo simul Xaverij voce, si
mul Divina ope mollitus, spatio sumpto confitetur.
Remedium non magis salubre quam opportunum
fuit. Sacrae Confessionis beneficio non tantum
noxa depulsa, sed pristina illi mens reddita est.
Quocirca se omni facultati cum fide in pauperes
distributa, socium se, uti ante statuerat, Xaverio
comitem adjunxit, levitatis memoria roboran
te constantiam. Per eadem tempora alijs quoque
socijs auctus est. Antonius Criminalis Parmen-
sis, et Joannes Beira Callaicus è Societate JESV
exiguum quidem sed opportunum auxilium è Lu
sitania missi Indiam appulerant. Quorum
adventu per litteras cognito (ut primi subsidio
venerant) mirè laetus Xaverius, eorundem operâ
quamprimum uti in tanta Sacerdotum penuria
decrevit. Ipse ne Indiae finibus suus circum
scriberetur labor, occasione navigij data, ulte-
riora Orientis petere intendit.

## Depravatos Malacensium mores corrigit
## Caput XVII.

Solvit ex Meliapora S. Thomae Malacam
versus, anno post Christum natum M.D.XLV.
(1545)
Causa eundi fuit, ut Lusitani cives urbis incolis
exemplis, ad Mercatores Christianis praeceptis
instituendos pergeret. Malaca regio peninsula
est trans Indum, flumenque Gangem, à veteribus
(ut quibusdam placet) Aurea Chersonesus ap-
pellata. Quippe continenti non lato conjuncta
Isthmo, et in altum projecta, ad insulam Somatram
(Taprobanam olim dictam volunt) aurifodinis
celeberrimam procurrit. In hac Chersoneso, è Malaca
regione Somatrae, Malaca urbs est Lusitano
rum copiosa inprimis ac nobilis, quae Cher
sonesu nomen dedit, ab urbe Goa Leucas propè
DC. Ea quidem sub aequinoctiali ferme linea
sita est; caeterum quotidianis ferè imbribus mari
mor